

num. *V.* Spécie tua, et pulchritudine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Propterea.

Lectio iij.

Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi a juventute mea, et quaesivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed et omnium Domini diléxit illam: doctrix enim est disciplinæ Dei, et electrix operum illius. Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur; quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex? Et si justitiam quis diligit: labores hujus magnas habent virtutes; sobrietatem enim et prudentiam, docet et justitiam, et virtutem, quibus utilius ni-

hil est in vita hominibus.

R. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam:

* Quia deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem. *V.* Sponsabo te mihi in justitia, et iudicio, et in misericordia, et in miserationibus. — Quia. Glória Patri. Quia.

In II. Nocturno.

Añ. Vidi Dominum, qui dedit coronam decoris in capite meo.

Añ. Induit me Genitrix Domini vestimentis salutis: et datum est mihi, ut cooperiar byssino splendenti et candido.

Añ. Ego autem in Domino gaudebo: et exultabo in Deo Jesu meo.

V. Sitivit in te anima mea. *R.* Quam multipliciter tibi caro mea.

Lectio iv.

Eresia virgo nata est Abulæ in Hispania, parentibus tum genere, tum pietate præclaris. Ab iis divini timoris lacte educata, admirandum futuræ sanctitatis in tenerrima adhuc ætate specimen dedit. Nam cum sanctorum Martyrum acta perlegeret, adeo in ejus meditatione sancti Spiritus ignis exarsit, ut domo aufugiens in Africam trajiceret, ubi vitam

pro gloria Jesu Christi, et animarum salute profunderet. A patre revocata, ardens martyrii desiderium elemosynis aliisque piis operibus compensavit, jugibus lacrymis deplorans optimam sibi sortem fuisse præceptam. Mortua matre, cum a beatissima Virgine peteret, ut se matrem esse monstraret, pii voti compos effecta esse; semper perinde ac filia patrocinio Deiparæ perfruens. Vigésimum ætatis annum agens, ad moniales sanctæ Mariæ, de Monte Carmelo se contulit: ibi per duodeviginti annos gravissimis morbis et variis tentationibus vexata, constantissime meruit in castris christianæ poenitentiae nullo refecta pabulo cœlestium earum consolationum, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare.

R. Dixit mihi Dominus meus: Ne timeas filia:

* Non rapiet te quisquam de manu mea. *V.* Neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit me separare a caritate Dei.

— Non.

Lectio v.

Angelicis ditata virtutibus, non modo propriam, sed publicam etiam salutem sollicita caritate

curavit. Quare severiorem veterum Carmelitarum regulam, Deo afflante, et Pio quarto approbante, primum mulieribus, deinde viris observandam proposuit. Effloruit in eo consilio omnipotens miserentis Domini benedictio: nam duo supra triginta monasteria inops Virgo potuit ædificare, omnibus humanis destituta auxiliis, quinimo adversantibus plerumque sæculi principibus. Infidelium et hæreticorum tenebras perpetuis deflebat lacrymis, atque ad placandam divinæ ultionis iram, voluntarios proprii corporis cruciatibus Deo pro eorum salute dicebat. Tanto autem divini amoris incendio cor ejus conflagravit, ut merito viderit Angelum ignito jáculo sibi præcordia transverberantem; et audierit Christum data dextera dicentem sibi: Deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem. Eo consiliante, maxime arduum votum emisit, efficiendi semper quidquid perfectius esse intelligeret. Multa cœlestis sapientiæ documenta conscripsit, quibus fidelium mentes ad supernæ patriæ desiderium maxime excitantur.

R. Gaudens gaudebo in

Dómino et exsultabit ánima mea in Deo meo; quia induit me vestiméntis salútis. Et induménto justitiæ circumdedit me. Quasi sponsam decorátam coróna, et quasi sponsam ornátam monilibus suis. Et.

Lectio vij.

CUM autem assídua cederet exempla virtutum, tam anxio castigandi corporis desiderio aestuabat, ut quamvis secus suaderent morbi, quibus afflictabatur, corpus cilicis, catenis, urticarum manipulis, aliisque asperimis flagellis sæpe cruciaret, et aliquando inter spinas volutaret, sic Deum alloqui solita: Dómine aut pati, aut mori se semper miserima morte pereuntem existimans, quamdiu a cœlesti æternæ vitæ fonte abesset. Prophetiæ dono excelluit, eamque divinis charismatibus tam liberaliter locupletabat Dóminus, ut sæpius exclamans peteret, benefeitis in se divinis modum imponi, nec tam celeri oblivione culpæ suarum memoriæ aboleri. Intolerabili igitur divini amoris incandio potius, quam vi morbi, Albæ cum decumberet, prænuntiatio suæ mortis die, ecclesiasticis

sacramentis munita, alumnos ad pacem, caritatem et regularem observantiam adhortata, sub columbæ specie purissimam animam Deo reddidit, annos nata sexaginta septem, anno millésimo quingentesimo octogésimo secundo, Idibus Octobris, juxta Calendarii Romani emendationem. Ei morienti adesse visus est inter Angelorum agmina Christus Jesus: et arbor arida cellæ proxima statim effloruit. Ejus corpus usque ad hanc diem incorruptum, odorato liquore circumfusum, pia veneratione colitur. Miraculis claruit ante et post obitum, eamque Gregorius decimusquintus in Sanctorum numerum retulit.

Regnum mundi et omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Dómini mei Jesu Christi. Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Quem. Glória Patri. Quem.

In III. Nocturno.

Aña. Glória Libani data est ei, decor Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Dómini, et decorem Dei nostri.

Aña. Dómine, prævenisti eam in benedictionibus succedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Aña. Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus.

Deus præcinxit me virtute. Et posuit immaculatam viam meam. Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. ii.

In illo tempore: Respondens Jesus, dixit: Confiteor tibi Pater, Dómine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Ex libro 7. in Luc. cap. 10. prope finem.

Peritur cœlestem mysterium, quod placuerit Deo, ut parvulis magis quam prudentibus istius mundi suam gratiam revelaret. Quod Apóstolus Paulus stylo pleniore digessit dicens: Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quoniam in Dei sapientia non cognovit hic mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicatio-

nis salvos facere credentes. Parvulum ergo accipiamus qui se exaltare non noverit, et phaleratis sermonibus artem suæ jactare prudentiæ: quod philosophi plerique faciunt.

Habitare fecit eam Deus sterilem in domo: Matrem filiorum lætantiem. Cibavit eam pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit illam. — Matrem filiorum.

Lectio viij.

Parvulus erat qui dixit: Dómine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei; neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Et ut scires parvulum hunc non ætate, non sensu fuisse, sed humilitate sua, et quadam declinatione jactantiæ, addidit: Sed exaltavi animam meam. Vides quam excelsus fuerit hic parvulus, quanto virtutum sublimis vertice? Tales nos parvulos vult esse Apóstolus, cum dicit: Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Tu glória Jerúsalem,

tu lætitia Israël, tu honorificèntia pòpuli nostri: quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum: ideo et manus Dòmini confortabit te: * Et eris benedicta in ætèrnum. **V.** Surrexerunt filii ejus et beatissimam prædicaverunt. — Et eris. **Gloria Patri.** Et eris.

LECTIO II.

Pulcherrimus connectitur de fide locus, quando omnia sibi tradita dicit a Patre suo. Cum omnia legis, omnipotentem agnoscis: non decolorè, non degenerem Patris. Cum tradita legis, Filium confiteris, cui per naturam omnia unius substantiæ jurè sunt propria, non dono collata per gratiam. Addidit: Nemo scit, quis est Filius, nisi Pater: et quis est Pater, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Ut scias autem, quia sicut Filius Patrem, quibus vult revelat, etiam Pater revelat, quibus vult, Filium: audi dicentem ipsum Dòminum Jesum, cum laudaret Petrum, quod eum Filium Dei esse confessus sit: Beatus es Simon Bar-Jona: quia non caro et sanguis revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est, et Te Deum.

AD LAUDES.
Hæc est, Virgo sapiens, et una de numero prudentum.

Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus. **S**itivit in te Dòmine anima sponsæ tuæ, et lætata est in his, quæ dicta sunt illi.

Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum, oleum effusum nomen tuum.

Lætare Teresia in eo, qui te fecit, quoniam benedixit Dòminus filiis tuis et adipe frumenti satiat te.

CAPITULUM. Sap. 7.

Optavi, et datus est mihi sensus: et invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ: et præposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.

Hymnus ut in j. Vesperis.

Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in medio ejus, non commovebitur. **A.** **Benedictus.** **A.** Pone me ut signaculum super cor tuum, quia fortis est ut mors dilectio: dura sicut infèrnus æmu-

latio: lampades ejus, lampades ignis, atque flammarum.

Oratio.

Audi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Teresiæ Virginis tuæ festivitâte gaudemus, ita coelæstis ejus doctrinæ pabulo nutriamur et piæ devotiõnis erudiamur affectu. **P**er Dòminum.

AD TERTIAM.**Capitulum de Laud. supra.**

R. Tibi dixit cor meum: * Exquisivit te facies mea. Tibi dixit. **V.** Faciem tuam Dòmine requiram. Exquisivit. **Gloria Patri.** Tibi dixit.

V. Anima mea exsultabit in Dòmino. **R.** Et delectabitur super salutari suo.

AD SEXTAM.**Capitulum. Sap. 7.**

Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.

R. Anima mea, * Exsultabit in Dòmino. **V.** Et delectabitur super salutari suo. Exsultabit. **Gloria Patri.** Anima.

V. Apud me oratio Deo vitæ meæ. **R.** Dicam Deo, Susceptor meus es.

AD NONAM.**Capitulum. Sap. 7.**

Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius, et lætata sum in omnibus: quoniam antecederat me ista sapientia.

R. Apud me oratio, Deo vitæ meæ. **V.** Dicam Deo, Susceptor meus es. Deo. **Gloria Patri.** Apud.

V. Passer invenit sibi domum. **R.** Et turtur nidum sibi, ubi ponat filios suos.

IN II. VESPERIS.

A. Filia Jerusalem, nuntiâte dilecto meo, quia amore languet.

Psalmi de Comm. Virg.

1. Dilctus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.

2. Florète flores quasi lilium, et date odorem et frondète in gratiam.

3. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar.

4. Gaudeamus, et exsultemus, et demus gloriæ ei, quia venerunt nuptiæ Agni.

Capitulum et Hymnus ut in j. Vesperis.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam. **R.** In

quot úterum illum admirantur? quot optarunt tales fuisse matres; et cetera contemnere omnia? Quid igitur prohibet?

R. Tu glória.

Lectio ix.

Ecce namque rectam atque facilem viam nobis proposuit, ut non feminis solum, verum etiam viris ad hunc ordinem praevenire liceat; imo vero etiam ad maiorem multo enim propinquiorem Deo sunt qui voluntatem eius faciunt, quam qui summa carnis necessitudine coniunguntur. Non ergo simpliciter propinquitatem illam desideraverim etiam viam capesse, magnoque studio confici, quae ad hoc desiderium te perducant.

Te Deum laudamus.

DIE XIX. OCTOBRIS.

S. Petri de Alcantara

Conf. Duplex ij. classis.

Omnia ut in Brevariario.

Lect. j. Noct. Beatus vir.

de Communi Conf. non

Pont. ij. loco.

EADEM DIE XIX.

Octava

B. Mariæ V. de Co-

lumna. Duplex.

Omnia dicuntur ut in

die Festo, præter Lectio-

nes.

In I. Nocturno.

De libro Ecclesiastici. Cap. 24.

Lectio j.

GO rex ore Altissimi

prodivi primogenita

ante omnem creaturam

Ego feci

in coelis ut oriretur lumen

indeficiens, et sicut nebula

texti omnem terram: Ego

in altissimis habitavi, et

thronus meus in columna

nubis: Gyrum coeli cir-

cuivi sola, et profundum

abyssi penetravi, in fluctibus

maris ambulavi, et in omni

terra steti, et in omni

pópulo, et in omni

gente primatum habui: et

omnium excellentium, et

humilium corda virtute

calcavi, et in his omnibus

requiem quaesivi, et in

hereditate Domini morabor.

Tunc præcepit, et dixit

mibi: Creator omnium:

et qui creavit me, requievit

in tabernaculo meo, et dixit mibi:

In Jacob inhabitata, et in Israel

hereditare, et in electis

meis mitte radices.

Vidi speciosam

Lectio ij.

AB initio, et ante sæ-

cula creata sum, et usque

ad futurum sæculum non desinam, et in

habitatione sancta coram

ipso ministravi. Et sic in

Sion firmata sum, et in

civitate sanctificata simili-

liter requievi, et in Ierusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hereditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosae in Jericho. Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: et quasi storax, et galbanus, et unguis, et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus.

R. Beatissima Virgo.

Lectio iij.

GO quasi terebinthus

extendi ramos meos, et rami mei

honoris et gratiae. Ego quasi vitis

fructificavi suavitatem

odoris: et flores mei fructus

honoris et honestatis. Ego mater

pulchrae dilectionis, et timoris et

agnitionis et sanctae spei. In me

gratia omnis viae et veritatis, in me

omnis spes vitae et virtutis. Trans-

ite ad me omnes qui concupiscitis me, et a

generationibus meis implerini:

spiritus enim meus super mel

dulcis, et hereditas mea super mel et

favum: memoria mea in generationibus

saeculorum. Qui edunt me, adhuc

esurient: et qui bibunt me, adhuc

sitient. Qui audit me, non confundetur:

et qui operantur in me, non peccabunt.

Qui elucidant me, vitam aeternam

habebunt.

R. Jacobus.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Cyrilli

Episcopi Alexandrini.

Homil. contra Nestorium.

Lectio ib.

Illarem video cœ-

tum sanctorum

omnium, qui con-

venérunt promptis ani-

mis, a sancta et Dei Ma-

tre Maria semper Virgine

convocati. Laus et glória

sit tibi sancta Trinitas,

quæ omnes nos ad hanc

celebritatem convocasti.

Sit etiam tibi sancta Dei

Mater laus. Tu enim es

pretiosa margarita orbis

terrarum: tu lampas inex-

stinguibilis, corona virgi-

nitatis, sceptrum ortho-

doxæ fidei, templum indis-

solubile, continens eum

qui nusquam contineri

potest: mater et virgo;

per quam benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

per quem benedictus, qui

venit in nómine Dómini, in sanctis Evangéliis nominátur. **R.** Hæc est domus.

Lectio v.

PER te Trinitas sanctificátur, per te crux pretiosa celebrátur, et adorátur in toto orbe terrarum. Per te exsultat cœlum, lætántur Angeli et Archángeli, fugántur dæmones, et homo ipse ad cœlum revocátur. Per te omnis creatúra idolórum errore detenta, convérsa est ad agnitióem veritátis, et fideles homines ad sanctum, baptisma pervenerunt, atque in toto orbe terrarum constructæ sunt Ecclésiæ.

R. Ad simulácrum.

Lectio vj.

TE adjutrice gentes veniunt ad pœnitentiám. Quid plura? Per te unigénitus Dei Filius, vera illa lux effulsit sedéntibus in ténébris et umbra mortis. Per te Prophétæ prænuñtiáruñ, per te Apóstoli salutem Géntibus prædicáruñ. Quisnam póterit tuárum laudum præcónia explicáre, María Mater et Virgo? Hanc, fratres dilectissimi, celebrémus, ejus Filium Ecclésiæ sponsum immaculátum adorántes: cui honoret glória in sæcula sæculórum. Amen. **R.** Vox túrturis.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. iij. d.

IN illo tempore: Loquente Jesu ad turbas: extóllens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beátus venter, qui te portávit. Et réliqua. Homilia sancti Joannis Chrysóstomi.

In Joannis cap. 2. Hom. 20. circa finem.

QUM audieris mulierem illam, dicentem: Beátus venter, qui te portávit, et úbera quæ tu suxisti: deinde Dóminum respondentem: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei et custódiunt illud: ea sententia dictum existi-ma, non quod matrem negligeret, sed nihil ei utilitátis matris nomen allatúrum osténderet, nisi bonitate et fide præstáret. Quod si Mariæ nihil sine virtute materna caritas erat profutúra, longe minus nobis patris, fratris, matris, filii bonitas, nisi ali-quíd nostrum afferámus.

R. Insigni beneficio.

Lectio viij.

IN nullo namque alio nisi in solus sui ipsius virtútibus post divinam grátiam de salute cupiam sperándum est. Nam si

id profutúrum erat per se Mariæ, profuisset etiam Judæis, quorum consanguineus erat Christus secundum carnem; profuisset civitati in qua natus est, profuisset fratribus. Atqui dum fratres rerum suarum curam habuerunt, nihil eis propinquitatis nomen profuit, sed cum réliquo mundo damnati erant.

R. Tu glória Jerúsalem.

Lectio ix.

TUNC autem admirationi esse cœperunt, quando própria claruerunt virtute, patria vero nihil inde consecuta cecidit, et incendio absumpta est: concives misere interempti perire; consanguinei secundum carnem nihil ad salutem lucrati sunt, deficiente virtutis patrocinio. Verum Apóstoli ante omnes clarissimi evaserunt, cum se ad veram et expetendam ejus familiaritatem consuetudinemque per obedientiam contulerunt. Hinc intelligimus, fide semper nobis opus esse, et vita, quæ virtutibus luceat: hæc dumtaxat salvos nos facere poterit. Te Deum laudamus.

In ij. Vesp. fit Commem. sequentis.

DIE XXII. OCTOBRIS.

S. Salome

Viduæ.

In Civitate et Diocesi Compostell. Dupl. ij. class. et pro aliis omnibus dominiis Regi Catholico subjectis, Duplex majus. Omnia de Communi nec Virg. nec Mart. præter sequentia.

IN I. VESPERIS.

Hymnus.

ISta, quam læti colimus fideles, Sédibus celsis superum locatam, Est decus nostrum, quia mater exstat Alma Jacobi.

Hæc Dei cultrix Salome vocata

Sancta, Zebedæo quoque juncta sancto,

Cónjugem, carámque domum reliquit

Assecla Christi.

Persistit constans, cruce non recessit

Territa, haud illo moriente fugit,

Curat et funus Dómini, et sepúlcrum

Fervida visit.

Tu pia, o nostri genitrix Patróni,

Filii cunctos refove cliéntes,

Semper ut nostro cápiti queamus

Vivere juncti.

Sit decus Patri, genitæque Proli,
Et tibi, compar utriusque virtus,
Spiritus semper, Deus unus, omni

Temporis ævo. Amen.

V. Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procéde, et regna.

Ad Magnificat, Añã.
Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, et petens aliquid ab eo.

Oratio.

Domine Jesu, pro cuius amore beata Salome inter primas tibi fideles omnia dimisit, et te sepultum venerari curavit: concede propitius, ut ejus imitatione tecum consepulti, æternæ resurrectionis participes effici mereamur. Qui vivis.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Gratum diem sol extulit,
Quo valle rapta sæculi
Alma Sionis filia
Æterna captat gaudia.
Amore Christi saucia
Corpus cucurrit ungere;
Vivum secuta, mortuo
Pius parentat ritibus.
Quam vivus ipse traxerat
Odore virtutum sacro,
Isthæc vicissim comparat
Flagrans sepulcro balsamum.

Omira sors! o gaudium!
Cui sic studébat mortuo,
Vivum, e sepulcro conlaspici,
Suæque tangit dextera.

Summo Patri cum Filio,
Sanctoque sit Paraclito
Æterna laus et gloria
In sæculorum sæcula. Amen.

In I. Nocturno, Lectiones.
Mulierem fortem. **de Communi.**

In II. Nocturno.

Leccio iv.

Salome uxor Zebedæi, et perillustrium Apostolorum Jacobi Majoris et Joannis Evangelistæ spectabilis mater, una fuit ex primis sanctis Christi sequacibus, quæ tanta eluxit fide, ut ætate licet longæva, et omni destituta solatio, libenter adhuc pateretur liberos illos, à quibus unicum sperabat auxilium, abesse sibi, ut Christo adhererent et tempore prædicationis suæ eidem astarent. Rogante tamen ipsa Christum Jesum, ut filiis suis primas sedes in regno daret, interrogavit Christus ejus filios, num calicem, quem bibitutus esset, bibere et ipsi potuissent. Illisque paratos sese exhibentibus Christus in-

quit: Calicem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

R. Propter veritatem.

Leccio v.

Fuit etiam beata Salome una ex illis mulieribus, quæ insigne fidei suæ spécimen dedérunt, cum Jesum Christum ad Calvarium tendentem, et in patibulum crucis elatum comitæe sunt. Una etiam fuit quæ comparatis aromatis ad condiendum corpus Christi, sub auroram Dominicæ diæ ad ejus monumentum accedens, Angelum ibi vidit fulgenti facie et candida veste

sedentem, a quo primum audivit Jesum resurrexisse, et digna insuper fuit, ut ab Angelo una cum aliis duabus mulieribus eligeretur in nuntiam mysterii resurrectionis Christi, monitura discipulos, ut in Galilæam pergerent, si eum vellent redivivum videre.

R. Dilexisti justitiam.

Leccio vi.

Proficiscenti beata Salome una cum sociis suis ad Angeli mandatum implendum occur-

rit Jesus in itinere redivivus, et benignissimum eis Ave dixit: cujus quidem glorioso aspectu primum perterrita, mox recreata, se humi prosternens eum adoravit, et quem flagrantissimi amoris desiderio paulo ante quæsiverat, sed non invenerat, non solum videre tunc atque audire, verum etiam et propriis manibus pedes ejus tenere meruit. His cœlestibus donis ditata, constans in fide, spe dives, caritate potens, persecutiones invicta superans, usque in finem perseverans, ad cœlestia regna migravit.

R. Fallax gratia.

In III. Nocturno.

Leccio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Leccio vii. Cap. 20.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Serm. de filiis Zebedæi.

QUI sedet super Cherubim, apparet coram Ephraim et Benjamin et Manasse. Hoc audierat et legendo didicerat beata mater filiorum Zebedæi, et in-

telléxit Dóminum super Chérubim sedéntem, quia magnam possidet dignitatem. Accédit illuminanda : adórat ut ancilla. Póstulat non dona terréna, sed vota cœlestia. Dóminus est enim cœlórum, a quo cœléste flágitat desidérium. Dic, inquit, ut sédeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et alter ad sinistram tuam in regno tuo. Dic, inquit, in verbo tuo, et effectus proficit voto meo. Dixisti, et factum est cœlum. Dic, et parábitur filiis meis thronus, claritúdo thronórum. O mülíer conditíone! sed quia mater es pietáte, humanám supergréssa es dignitátem. Christus de cruce prædicábat, et illa impérium cognoscébat. Ille dicébat : Ecce ascendimus Jerosólymam, et Filius hóminis tradétur, ut crucifigátur : et illa interpellátrix accésserat dulcíum filiórum. O mülíer filiórum beáta! Sanctórum méritum præcessisti beatórum, et honórem prætergréssa es Angelórum : non tibi sufficit, quia filios tuos feci excélsos prædicatóres, quos ínopes nutriéras piscatóres? Post rétia cœlum : post hamum Evangélium :

póst navicéllam póstulas thronum?

R. Os suum.

Lectio viij.

Domini étiam vox est monéntis, terréntis, idque firmántis. Vigiláte, inquit, et oráte, ut digni efficiámini effúgere ómnia quæ ventúra sunt, et stétis ante Filium hóminis. Et tu filiis tuis thronos póstulas majestátis? Da véniam, mater; admirátes ista dicimus, non culpátes. Noli, inquit beáta mater, noli tamquam impóssibílium me cúpidam judicáre. Dóminus míhi tribuit istam ávidam volúntátem, qui regni sui diligit violéntos; et solos odit, qui potentári cúpiunt super egénos. Regnum, inquit, cœlórum vim patítur, et qui vim faciunt, dirípiunt illud. Quia hoc dignátur amáre, hoc ab eo ausa sum postuláre. Ab illo audívi : Péttite, et accipiétis : quærite, et inveniétis : pulsáte, et aperiétur vobis. Dum patet, pulso : dum accipere licet, peto : dum tempus est, quæro. Audívi étiam dictum : Quærite Dóminum, dum inveníri potest, ne tunc quærátis, quando inveníri non potest.

R. Regnum.

Lectio iij.

Modo, modo, dum in forma appáret servi, dum pátiens est usque ad mortem crucis : dum privátum gerit vultum, et necdum incénsæ sunt ab illo scintillæ carbónum. Céterum, cum cœperint præcedere veniéntem Angelum tubæ, et voce magna quando virtútes cœli commóvebúntur, interpellátio ibi quid faciet mulieris? Dum commóvebitur ignis in circúitu ejus, et tempésta válda, mea quid præváleant desidéria? Pótero ad igneum accédere thronum congregátis ad judicium legiónibus peccatórum? Ideo modo videns eum in ista humilitáte, istam præripere cúpio sponsiónem; sed Dóminum meum audiam respondéntem : Dic jam Dómine, ut sédeant tecum filii mei in latéribus regni tui.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES.

Hymnus. Ista, quam læti, ut in j. Vesperis. **V.** Diffúsa est grátia.

Ad Benedictus, Aña. Dic ut sédeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo.

IN II. VESPERIS.

Hymnus ut in j. Vesp.

V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. **R.** Proptérea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Aña. O beáta Salóme, pacífica filiórum tonítrui mater, quorum qui primus ómni-um Apostolórum cálicem Dómini bibere méruit, fidei propugnátor et Hispánia Patrónus cólitur; qui supra pectus Dómini in cœna recúbit, ab ipso suámet Virginis Matris filius constitúitur, alleluia.

Commem. sequentis.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

S. Petri Paschasii

Episc. et Mart. Duplex.

In Dicecesi Giennen.

Duplex ij. classis.

Omnia de Comm. unius

Mart. præter sequentia.

Aña. Iste sanctus.

V. Glória et honóre.

Oratio.

Deus, humilium consolátor et fidélium fortitúdo, cujus caritátis ardóre Martyr et Póntifex beátus Petrus Paschásius ætáte téneros et sexu fráguiles ab impiórum captivitate própria servitúte redémít : ejus, quæsumus, subsidiis ab ómni nos absólve fragilitás